

67 novembri 1971

Notitiae

Sacra Congregatio pro Cultu Divino



CITTÀ DEL VATICANO

Notitiae

Commentarii ad nuntia
et studia de re liturgica
edenda cura
Sacrae Congregationis
pro Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel
in mense. Libenter, iudicio Di-
rectionis, nuntium dabitur
Actorum, inceptuum, editionum
in re liturgica, praesertim e
Conferentiis Episcopalibus vel
Commissionibus liturgicis na-
tionalibus emanantium, si scrip-
torum vel periodicorum exem-
plar missum fuerit. *Directio:*
Commentarii sedem habent
apud S. Congregationem pro
Cultu Divino, ad quam trans-
mittenda sunt epistolae, char-
tulae, manuscripta his verbis
inscripta NOTITIAE,

Città del Vaticano

Administratio
autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in an-
num solvendae: in Italia lit. 2.000
- extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5).
Singuli fasciculi veneunt: lit. 200
(\$ 0,35) — Pro annis elapsis sin-
gula volumina: lit. 4.000 (\$ 7) id.
lintheo contexta: lit. 5.000 (\$ 8,40)
singuli fasciculi: lit. 400 (\$ 0,70)

Libreria Vaticana
fasciculos Commentarii mittere
potest etiam *via aërea*

Libreria Editrice Vaticana
- C.c.p. N. 1-16722

Typis Polyglottis Vaticanis

SUMMARIUM

Epistola Summi Pontificis ad Em.mum
Cardinalem Iacobum Lercaro . 329

De ordine Confirmationis

Decretum . 332

Constitutio Apostolica Summi Ponti-
ficis Pauli VI de Sacramento Con-
firmationis: *Divinae consortium na-
turae* . . 333

Praenotanda 340

Confermazione: Sigillo dello Spirito.
(U. Betti) . 347

De instauratione ordinis Confirma-
tionis (G. P.) . 352

Studia

Le lectionnaire de la Messe au temps
de l'Avent (II) (G. Fontaine, c.r.i.c.) 364

SOMMAIRE

Un bon serviteur du Christ et de l'Eglise de Dieu (pp. 329-331).

A l'occasion du 80^{me} anniversaire (28 octobre 1971) du Cardinal Jacques Lercaro et du prochain 25^{me} anniversaire de son ordination épiscopale (19 mars 1972), le Saint-Père a adressé à Son Eminence une lettre autographe dans laquelle, en rappelant les mérites insignes du grand animateur du renouveau liturgique, il formule des vœux fraternels pour que se poursuive son inlassable activité au service de l'Eglise.

Le Rituel de la Confirmation (pp. 332-346).

Fruit d'un long et patient labeur, le nouveau Rituel de la Confirmation, qui remplace l'*Ordo* précédent dans le Pontifical et le Rituel romains, a été promulgué par la Constitution Apostolique *Divinae consortium naturae* du 15 août 1971, en la solennité de l'Assomption de la Vierge Marie.

Dans cette Constitution, après une introduction de caractère biblique, historique, doctrinal et liturgique, le Pape Paul VI détermine les éléments qui appartiennent à l'essence même du rite sacramentel. Les *praenotanda* du Rituel de la Confirmation présentent des rappels opportuns et de précieuses indications pastorales sur la dignité du sacrement, sa préparation, son déroulement et son adaptation.

La Réforme du Rituel de la Confirmation (pp. 352-363).

Dans le commentaire du nouveau Rituel, on trouvera les principes dont s'est inspirée la réforme de ce rite en tenant compte à la fois des sources anciennes, dont la connaissance permet de mieux saisir l'évolution historique des rites et des formules, et également des exigences de la réforme liturgique et de la pastorale, pour que soit assurée une célébration fructueuse du sacrement. Les différentes parties de ce Rituel sont ainsi décrites, en s'arrêtant plus spécialement sur la partie essentielle; puis viennent les questions concernant le ministre, les parrains et l'âge des confirmands.

Ecclesiae Dei bonus miles et minister Christi (pp. 329-331).

Con ocasión del octogésimo cumpleaños (28 octubre 1971) y de la próxima celebración de las bodas de plata con el episcopado del Card. Giacomo Lercaro (19 marzo 1972), el Santo Padre Pablo VI ha enviado al Eminentísimo Prelado una carta autógrafa, en la que recuerda los méritos insignes del gran animador de la renovación litúrgica conciliar y formula fraternos votos para la prosecución de su infatigable labor en favor de la Iglesia.

Ordo Confirmationis (pp. 332-346).

Tras prolongada preparación y paciente elaboración, el nuevo *Ordo Confirmationis*, que sustituye al precedente del Pontifical y Ritual Romano, ha sido promulgado mediante la Constitución Apostólica *Divinae consortium naturae* del 15 de agosto de 1971, solemnidad de la Asunción de la B. Virgen María. En esta Constitución Apostólica, una vez expuestas las premisas de carácter bíblico, histórico, doctrinal y litúrgico, el Sumo Pontífice Pablo VI determina los elementos que pertenecen a la esencia misma del rito sacramental. Los «Praenotanda» del rito de la celebración de la Confirmación ofrecen oportunas sugerencias y valiosas indicaciones pastorales referentes a la dignidad del sacramento, a las tareas que corresponden a los distintos responsables de la celebración, a su preparación, a su desarrollo, a su adaptación.

Reforma del «Ordo Confirmationis» (pp. 352-363).

En el comentario del nuevo «Ordo» se indican los principios en los que se ha inspirado la reforma del rito, teniendo en cuenta tanto las fuentes antiguas, que dan una idea de la evolución histórica de ritos y fórmulas, como las exigencias de la reforma y de la pastoral, para que la celebración del sacramento sea fructuosa. Se va pasando revista a las distintas partes del *Ordo*, con particular atención a la parte esencial, y a las cuestiones referentes al ministro, los Padrinos, la edad de los confirmandos.

SUMMARY

Ecclesiae Dei bonus miles et minister Christi (pp. 329-331).

On the occasion of the 80th birthday (28 October 1971) and of the coming 25th anniversary in the episcopate of Card. Giacomo Lercaro (19 March 1972), His Holiness Pope Paul VI sent a personal letter to the Cardinal in which he recalled the outstanding merits of this great leader in the conciliar renewal of the liturgy, and in which the Pope offered fraternal good wishes for the continuation of his indefatigable work for the good of the Church.

Ordo Confirmationis (pp. 332-346).

After long and careful preparation, the new *Ordo Confirmationis* which takes the place of that in the Roman Pontifical and Ritual, has been promulgated by the Apostolic Constitution *Divinae consortium naturae* of 15 August 1971, solemnity of the Assumption of the Blessed Virgin Mary. In the Apostolic Constitution, after presenting the biblical, doctrinal and liturgical premises, the Pope determines those elements which pertain to the essence of the sacramental rite. The « Praenotanda » of the rite for the celebration of Confirmation offer sound and useful pastoral norms regarding the dignity of the sacrament, the duties of those responsible for the celebration, its preparation, the way it is to be carried out, and questions of adaptation.

Reform of the « Ordo Confirmationis » (pp. 352-363).

In the commentary on the new "Ordo" the principles on which the reform of the Rite is based are outlined. This takes into account the ancient sources from which we can get an idea of the historical evolution of the rites and formulas, as well as the needs of pastoral renewal if the celebration of the sacrament is to be fruitful. The various parts of the *Ordo* are then surveyed, particular attention being given to the essential part, and questions regarding the minister, the godparents and the age for confirmation are also considered.

ZUSAMMENFASSUNG

Ecclesiae Dei bonus miles et minister Christi (pp. 329-331).

Kardinal Giacomo Lercaro hat am 28. Oktober 1971 sein 80. Lebensjahr vollendet und wird am 19. März 1972 sein 25-jähriges Bischofsjubiläum feiern. Zu diesen Anlässen hat Papst Paul VI ein eigenhändiges Schreiben an ihn gerichtet, in dem er die bedeutenden Verdienste des großen Förderers der konziliaren Liturgiereform hervorhebt und seine guten Wünsche für eine weitere unermüdliche Tätigkeit des Kardinals zum Wohl der Kirche zum Ausdruck bringt.

Ordo Confirmationis (pp. 332-346).

Nach langwieriger Erarbeitung wurde am Fest Mariä Himmelfahrt 1971 mit der Apostolischen Konstitution *Divinae consortium naturae* der neue *Ordo Confirmationis* veröffentlicht. In der Apostolischen Konstitution legt Papst Paul VI zunächst die biblischen, historischen, theologischen und liturgischen Grundlagen dar und bestimmt dann die Teile, die als zum Wesen des sakramentalen Ritus gehörend anzusehen sind.

Die Vorbemerkungen zum Ritus bringen Hinweise zur liturgischen Feier und pastorale Anregungen. Sie sprechen von der Bedeutung des Firmsakraments, von den Aufgaben der für den Firmgottesdienst Verantwortlichen, von der Vorbereitung der Feier, ihrem Verlauf und den Anpassungsmöglichkeiten.

Zur Reform des «Ordo Confirmationis» (pp. 352-363).

Im Kommentar zum neuen Ordo werden die Prinzipien aufgezeigt, nach denen sich die Erneuerung des Ritus richtete. Man hat die liturgischen Quellen zu beachten gehabt, aufgrund deren man eine genaue Kenntnis der historischen Entwicklung des Ritus und der Gebete hat, und mußte andererseits, um zu einer sinnvollen Feier des Firmsakraments zu kommen, die Forderungen der liturgischen Erneuerung und der Seelsorge berücksichtigen. Unter diesen Gesichtspunkten wurden die verschiedenen Teile des Ordo, besonders jene, die als wesentlich erklärt werden sollten, aber auch die Fragen um Firmspender, Paten und Firmalter durchdiskutiert.

« ECCLESIAE DEI BONUS MILES ET MINISTER CHRISTI »

EPISTOLA SUMMI PONTIFICIS AD EM.MUM CARDINALEM IACOBUM LERCARO

Die 28 octobris 1971, Em.mus Card. Iacobus Lercaro, qui fuit primus amatissimus Praeses « Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia », octogesimum aetatis suae annum explevit. Anno proximo (19 martii) XXV natale sui Episcopatus celebrabit. Has occasiones nactus, Beatissimus Pater PAULUS VI epistolam quae sequitur ei scripsit.

Ad aures Nostras pervenit — quod quidem dulce fuit scitu — operosae vitae tuae octogesimum abs te, Venerabilis Frater Noster, mox celebratum iri natalem, ac paulo subinde, proximo scilicet adventante anno, id fore, ut quinque plena decurrant lustra, ex quo, suscepta episcopali ordinatione, ascitus es ducibus et primoribus populi sancti Dei.

Nos, qui multis et gravibus occupamur negotiis atque curis et sollicitudine omnium Ecclesiarum cotidie urgemur, solacium putamus laboris et amabilis necessitatis exspectamus officium Episcoporum fraternae coronae laeta maestaque participare, et iisdem pro singularibus temporis adiunctis palam et nitida significatione caritatem Nostram demonstrare.

Quod vero ad te attinet, Nos praeclaram hanc geminam Nobis oblatam occasionem dimittere non patimur, quin tibi existimationis in te Nostrae antiquum proferamus iudicium et benevolentiae coniunctionem confirmemus. Profecto in numero amicorum iam diu te posuimus atque, cum eadem velle, eadem nolle solidum amicitiae sit foedus, iuvat Nos saepe communes praeteritos eventus considerare, quibus ad Ecclesiae utilitates provehendas intellegentia et opera tua usi sumus. Harum vere respectu rerum animadvertimus tibi tantum deberi, quantum persolvere difficile sit.

Memoria praesertim nunc complectimur a te impensas cogitationes et exhibitam a te sollertiam perpendimus, ut Oecumenicum Concilium Vaticanum Secundum durabili feracem fructu cursum assequeretur, et sacrae liturgiae novae formae, christifidelium intellectui et usui accommodatiores, conderentur.

Quid autem tibi a Nobis in praesens percipiendum est, ut in senecta uberi diu vivens, felix vivens, prout suppeditabitur tibi facultas, plane et efficienter prosis Ecclesiae Dei bonus miles et minister Christi, cui amantis humilisque oboedientiae obsequio usque ad extremum limitem pereuntium dierum digne vis servire et de qua consensu omnium bene mereri?

Dominus Sion commoretur in te (cf. *Ioel* 3, 21), in mente scilicet aeternitatis beatae contemplationi dedita et desideriiis animata caelestibus. Tantus hospes eget in te laxo loco neque tantae maiestatis praesentia in angustis rebus capitur. Expellantur igitur progredientis ad celsiora virtutis nisu a te cetera omnia, totum pectus ille possideat; atque adeo legis eius in exemplum esto custos, nominis eius eximius cultor, voluntatis eius, in qua solum sita est pax vera, diligentissimus secutor.

Quod ut tibi prosperrimo exitu contingat, divitiae bonitatis supernae in te atque in incepta, quibus vacas, abunde adfluant, auspice Deipara Virgine Maria, Apostolorum Regina, Matre Ecclesiae, cuius arriidentes oculi benigne te semper adspiciant eaque in itinere terrestris vitae propitia tibi semper auxilietur.

Haec flagrantibus votis postquam ominati sumus, nihil Nobis denique restat, nisi ut tibi, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, abundantium supernorum munerum pignus, impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Septembris, anno MCMLXXI, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

La Sacra Congregazione per il Culto Divino si unisce unanime ai sentimenti espressi nel prezioso Messaggio Pontificio, che così splendidamente interpreta il pensiero della Chiesa intera. Il Card. Lercaro è stato il grande animatore del rinnovamento liturgico conciliare. È stato ed è un grande maestro della Liturgia Pastorale.

Come Gesù, « coepit facere et docere » (Atti 1, 1). Prima nelle mansioni sacerdotali di insegnante e di parroco, poi nelle Diocesi di Ravenna

e Bologna da lui rette con estrema saggezza e dedizione, il card. Lercaro ha attuato, ante litteram, la Costituzione Conciliare Sacrosanctum Concilium.

Quando il Santo Padre Paolo VI lo pose a capo del « Consilium », egli per cinque anni, gli anni difficili della ricerca, delle scelte e degli esperimenti; gli anni delle acri polemiche e dei « libelli » velenosi; ma soprattutto gli anni nei quali con tenace volontà e sicura chiaroveggenza si gettavano le solide incrollabili basi e si ergevano le strutture portanti della riforma, il card. Lercaro diede il meglio di sé: con linearità e logica, con spontaneità e naturalezza, con decisione e coraggio, con la prudenza e la fede di un Pastore.

I nostri auguri, la nostra fervida preghiera, in comunione col Supremo Pastore, in unione con tutto il santo Popolo di Dio, sono che il Signore ne moltiplichi gli anni e le energie perché la Chiesa tutta possa godere ancora a lungo dei frutti copiosi della infaticabile operosità e delle inesauribili ricchezze spirituali dell'amatissimo Presidente del « Consilium ».

Questi sentimenti sono stati espressi dall'Em.mo Cardinale Arturo Tabera, Prefetto della Sacra Congregazione per il Culto Divino, in un telegramma, inviato anche a nome degli Officiali ed impiegati del medesimo Dicastero:

« Occasione Ottantesimo genetliaco e venticinquesimo Ordina-zione Episcopale rivolgiamo pensiero riconoscente al Signore et fervida preghiera per abbondanza divine grazie. Formuliamo ardenti voti ancora lungo servizio santa Chiesa, ad esempio e incitamento per attuazione profondo e sincero spirito liturgico. Memori autorevole e saggia direzione rinnovamento liturgico postconciliare, esprimiamo viva riconoscenza e sentimenti affettuosa devozione ».

L'Em.mo Card. Lercaro rispose:

« Ho ricevuto con gradimento tutto particolare il telegramma col quale V. E. unitamente agli Officiali della Congregazione, partecipava alla celebrazione familiare e cordiale del mio 80° genetliaco.

Nel ringraziare con profonda gratitudine, godo presentare a V. E. i sensi del mio devoto ossequio, che accompagno col ricordo al Signore ».

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 800/71

DECRETUM

Peculiare Spiritus Sancti donum, a Christo Domino promissum et super Apostolos die Pentecostes effusum, ipsi Apostoli eorumque successores Episcopi baptizatis hominibus per Confirmationis Sacramentum tradiderunt. Cuius ope christianae vitae initiatio ita perficitur, ut fideles, superna corroborati virtute, Christi testes sinceri, tum verbis tum exemplis evadant, itemque arctiore cum Ecclesia vinculo astringantur.

Quo autem clarius « huius Sacramenti intima connexio cum tota initiatione christiana » elucesceret, Oecumenicum Concilium Vaticanum II decrevit, ut ritus Confirmationis recognosceretur.¹

Nunc vero, huiusmodi opere absoluto atque approbato a Summo Pontifice Paulo PP. VI per Constitutionem Apostolicam *Divinae consortium naturae*, die 15 augusti 1971 signatam, Sacra Congregatio pro Cultu Divino, novum Ordinem Confirmationis, qui pro Ordine in Pontificali et Rituali Romano antehac usitato substituatur, evulgandum curavit, eiusque editionem, quae nunc exhibetur, typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 22 augusti anni 1971.

ARTURUS Card. TABERA
Praefectus

A. BUGNINI
a Secretis

¹ Cf. Cons.: *Sacrosanctum Concilium*, n. 71, AAS 56, 1964, p. 118.

« DIVINAE CONSORTIUM NATURAE »

CONSTITUTIO APOSTOLICA SUMMI PONTIFICIS PAULI VI
DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

DIVINAE CONSORTIUM NATURAE, quo homines per Christi gratiam donantur, similitudinem quandam prae se fert ortus vitae naturalis, eius incrementi et alimonii. Etenim Baptismo renati fideles Confirmationis Sacramento roborantur ac tandem in Eucharistia cibo vitae aeternae vegetantur, ita ut hisce initiationis christianae Sacramentis thesauros vitae divinae magis magisque percipiant atque ad perfectionem caritatis progrediantur. Recte quidem haec verba sunt scripta: « caro abluitur, ut anima emaculetur; caro unguitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu inluminetur; caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur ».¹

Concilium vero Oecumenicum Vaticanum II, pastoralis sui munus conscium, hisce Sacramentis initiationis peculiare curas impendit, id praescribens, ut eorum ritus apte recognoscerentur atque fidelium captui magis accommodarentur. Cum igitur *Ordo Baptismi parvulorum*, ex eiusdem universalis Synodi praecepto in novam formam reductus et nostro iussu editus, iam sit in usum receptus, expedit nunc ritum Confirmationis vulgari, ut unitas initiationis christianae in suo lumine collocetur.

Re quidem vera modo recognoscendo, quo hoc Sacramentum celebraretur, per hosce annos opera et studium diligenter navabatur; scilicet eo mens intendebatur « ut huius Sacramenti intima connexio cum tota initiatione christiana clarius eluceret ».² Vinculum autem, quo Confirmatio cum reliquis eiusmodi Sacramentis sociatur, non solum ex eo apertius innotescit, quod ritus arctiore nexu dispositi sunt, sed apparet etiam a gestu et verbis, quibus Confirmatio ipsa confertur. Sic enim fit, ut ritus ac verba eiusdem Sacramenti « sancta, quae significant, clarius expriment, eaque populus christianus, in quantum fieri potest, facile percipere atque plena, actiosa et communitatis propria celebratione participare possit ».³

¹ TERTULLIANUS, *De resurrectione mortuorum*, VIII, 3; CCL 2, p. 931.

² Cf. Conc. Vat II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, 71, AAS 56, 1964, p. 118.

³ *Ibid.*, n. 21, p. 106.

Ad eum finem Nos in hac recognitione includi voluimus etiam ea, quae ad ipsam essentiam ritus confirmandi pertinent, per quem christi-fideles ut Donum accipiunt Spiritum Sanctum.

In Novo Testamento declaratur, quomodo Spiritus Sanctus Christo ad munus messianicum implendum adfuerit. Iesus enim, baptizatus Ioannis suscepto, vidit Spiritum descendentem in ipsum (cf. Mc 1, 10), qui mansit super eum (cf. Io 1, 32). Ab illo vero Spiritu est impulsus, ut, eiusdem praesentia et auxilio innixus, Messiae ministerium palam aggrederetur. Cum Nazarethanum populum salubriter erudiret, Isaiae oraculum *Spiritus Domini super me* ad se referri dicendo adumbravit (cf. Lc 4, 17-21).

Promisit deinde discipulis suis Spiritum Sanctum ipsos quoque adiuturum esse, ut etiam coram persecutoribus fidem audenter testarentur (cf. Lc 12, 12). Pridie autem quam pateretur, asseveravit Apostolis se missurum esse a Patre Spiritum veritatis (cf. Io 15, 26) qui cum iis *in aeternum* maneret (Io 14, 16) iisque auxilio esset ad perhibendum testimonium de ipso (cf. Io 15, 26). Demum postquam resurrexit, Christus pollicitus est proximum Spiritus Sancti descensum: *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos et eritis mihi testes* (Act 1, 8; cf. Lc 24, 49).

Re quidem vera die festo Pentecostes Spiritus Sanctus mirabili prorsus modo descendit in Apostolos, cum Maria Matre Iesu coetuque discipulorum congregatos; qui ita tum eo *repleti sunt* (Act 2, 4), ut divino impetu afflati *magnalia Dei* annuntiarent. Petrus autem Spiritum, qui sic super Apostolos descendit, donum aetatis messianicae habuit (cf. Act 2, 17-18). Tunc baptizati sunt ii, qui praedicationi apostolicae crediderunt, qui et ipsi acceperunt *donum Spiritus Sancti* (Act 2, 38). Ex quo tempore Apostoli, Christi voluntatem implentes, Spiritus donum, quod Baptismi gratiam completeret, neophytis manuum impositione impertierunt (cf. Act 8, 15-17; 19, 5 sq.). Sic factum est, ut in Epistola ad Hebraeos, inter primae institutionis christianae elementa, recenseretur doctrina baptismatum et impositionis quoque manuum (cf. Hebr 6, 2). Quae manuum impositio ex traditione catholica merito agnoscitur initium Sacramenti Confirmationis, quod gratiam pentecostalem in Ecclesia quodam modo perpetuat.

Hinc patefit proprium Confirmationis momentum ad sacramentalem initiationem, qua fideles « ut membra viventis Christi, Ipsi per Baptismum necnon per Confirmationem et Eucharistiam incorporantur

et configurantur ».⁴ In Baptismo neophyti accipiunt remissionem peccatorum, adoptionem filiorum Dei necnon characterem Christi, quo Ecclesiae aggregantur ac primum participes fiunt sacerdotii Salvatoris sui (cf. 1 Petr 2, 5 et 9). Per Confirmationis Sacramentum Baptismo renati Donum ineffabile, ipsum Spiritum Sanctum, accipiunt, quo « speciali... robore ditantur », ⁵ atque, eiusdem Sacramenti characterem signati, « perfectius Ecclesiae vinculantur » ⁶ et « ad fidem tamquam veri testes Christi verbo et opere simul diffundendam et defendendam arctius obligantur ».⁷ Demum Confirmatio cum Sacra Eucharistia ita cohaeret,⁸ ut fideles, iam Sacro Baptismate et Confirmatione signati, plene per participationem Eucharistiae Corpori Christi inserantur.⁹

Spiritus Sancti doni collatio iam ab antiquis temporibus in Ecclesia variis ritibus est peracta. Qui quidem in Oriente et in Occidente multiplices mutationes habuerunt, ita tamen ut collationis Spiritus Sancti significatio servaretur.

In pluribus ritibus Orientis iam antiquitus praeponderasse videtur, ad conferendum Spiritum Sanctum, ritus chrismationis, a Baptismo nondum dilucide distinctus.¹⁰ Qui ritus hodieque apud plurimas ex Orientalibus Ecclesiis viget.

In Occidente testimonia antiquissima circa christianae initiationis partem, in qua postea distincte Confirmationis Sacramentum perspectum est, inveniuntur. Etenim post ablutionem baptismalem et ante refectionem eucharisticam, plura peragenda indicantur, ut unctio, manus impositio et consignatio,¹¹ quae continentur tam in documentis liturgi-

⁴ Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad Gentes divinitus*, n. 36, AAS 58, 1966, p. 983.

⁵ Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 11, AAS 57, 1965, p. 15.

⁶ *Ibid.*

⁷ *Ibid.*, cf. Decr. *Ad Gentes divinitus*, n. 11, AAS 58, 1966, pp. 959-960.

⁸ Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5, AAS 58, 1966, p. 997.

⁹ Cf. *Ibid.*, pp. 997-998.

¹⁰ Cf. ORIGENES, *De Principiis*, I, 3, 2: GCS 22, p. 49 sq.; *Comm. in Ep. ad Rom.*, V, 8: PG 14, 1038; CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, *Catech.* XVI, 26; XXI, 1-7: PG 33, 956; 1088-1093.

¹¹ Cf. TERTULLIANUS, *De Baptismo*, VII-VIII: CCL 1, p. 282 sq.; B. BOTTE, *La tradition apostolique de Saint Hippolyte*. Liturgiewissenschaftliche Quellen und Forschungen, 39, Münster in W. 1963, pp. 52-54; AMBROSIIUS, *De Sacramentis*, II, 24; III, 2, 8; VI, 2, 9: CSEL 73, pp. 36, 42, 74-75; *De Mysteriis*, VII, 42: *ibid.*, p. 106.

cis¹² quam in multis testimoniis Patrum. Exinde saeculorum decursu quaestiones dubitationesque ortae sunt de iis, quae ad essentiam ritus confirmandi certe pertinerent. Interest vero quaedam saltem commemorare eorum, quae inde a saeculo tertio decimo in Conciliis Oecumenicis necnon in Documentis Summorum Pontificum non paulum contulerunt ad momentum chrismationis illustrandum, ita tamen, ut impositio manuum non oblivioni daretur.

Innocentius III, Decessor Noster, haec scripsit: « Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur et robur ».¹³ Innocentius IV autem, item Decessor Noster, memorat Apostolos tribuisse Spiritum Sanctum « per manus impositionem, quam confirmatio vel fontis chrismatio repraesentat ».¹⁴ In Professione fidei imperatoris Michaelis Palaeologi, quae in Concilio Lugdunensi II lecta est, mentio fit de Sacramento Confirmationis, quod « per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos ».¹⁵ Decretum pro Armenis, a Concilio Florentino editum, affirmat *materiam* Sacramenti Confirmationis esse « chrisma confectum ex oleo ... et balsamo », ¹⁶ atque, allatis verbis Actuum Apostolorum de Petro et Ioanne, qui manuum impositione dederunt Spiritum Sanctum (cf. Act 8, 17), addit:

¹² *Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae Ordinis Anni circuli*, ed. L. C. MOHLBERG (Rerum Ecclesiasticarum Documenta, Fontes, IV), Roma 1960, p. 75; *Das Sacramentarium Gregorianum nach dem Aachener Urexemplar*, ed. H. LIETZMAN (Liturgiegeschichtliche Quellen, 3), Münster in W. 1921, p. 53 sq.; *Liber Ordinum*, ed. M. FÉROTIN (Monumenta Ecclesiae Liturgica, V), Paris 1904, p. 33 sq.; *Missale Gallicanum Vetus*, ed. L. C. MOHLBERG (Rerum Ecclesiasticarum Documenta, Fontes, III), Roma, 1958, p. 42; *Missale Gothicum*, ed. L. C. MOHLBERG (Rerum Ecclesiasticarum Documenta, V), Roma 1961, p. 67; C. VOGEL-R. ELZE, *Le Pontifical Romano-Germanique du dixième siècle, Le Texte, II* (Studi e Testi, 227), Città del Vaticano 1963, p. 109; M. ANDRIEU, *Le Pontifical Romain au Moyen-Age*, t. 1, *Le Pontifical Romain du XII^e siècle* (Studi e Testi, 86), Città del Vaticano 1938, pp. 247 sq. et 289; t. 2, *Le Pontifical de la Curie Romaine au XIII^e siècle* (Studi e Testi, 87), Città del Vaticano 1940, pp. 452 sq.

¹³ Ep. *Cum venisset*: PL 215, 285. Professio fidei ab eodem Pontifice Waldensibus imposita haec habet: « Confirmationem ab episcopo factam, id est impositionem manuum, sanctam et venerande accipiendam esse censemus »: PL 215, 1511.

¹⁴ Ep. *Sub Catholicae professione*: MANSI, *Conc. Coll.*, t. 23, 579.

¹⁵ MANSI, *Conc. Coll.*, t. 24, 71.

¹⁶ *Epistolae Pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes*, ed. G. HOFMANN, *Concilium Florentinum*, vol. I, ser. A, pars II, Roma 1944, p. 128.

« Loco autem illius manus impositionis in Ecclesia datur confirmatio ».¹⁷ Concilium Tridentinum, etsi ritum essentialem Confirmationis minime definire intendit, eum tamen solo nomine sacri Confirmationis chrismatis designat.¹⁸ Benedictus XIV haec edixit: « Quod itaque extra controversiam est, hoc dicatur: nimirum in Ecclesia latina Confirmationis Sacramentum conferri, adhibito Sacro Chrismate seu Oleo Olivarum, Balsamo commixto, et ab Episcopo benedicto, ductoque signo Crucis per Sacramenti Ministrum in fronte susipientis, dum idem Minister formae verba pronuntiat ».¹⁹

Multi sacrae theologiae doctores, harum declarationum traditionumque rationem habentes, defenderunt ad Confirmationem valide conferendam solam unctionem chrismatis, in fronte manus impositione factam, requiri; nihilominus in Ecclesiae Latinae ritibus impositio manuum ante chrismationem super confirmandos semper praescribatur.

Ad verba autem ritus Spiritum Sanctum communicandi quod attinet, est animadvertendum iam in Ecclesia nascente Petrum et Ioan-nem, ad initiationem baptizatorum in Samaria complendam, oravisse pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum ac tum imposuisse manus super illos (cf. Act 8, 15-17). In Oriente saeculo quarto et quinto prima in ritu chrismationis indicia apparent verborum *signaculum doni Spiritus Sancti*.²⁰ Quae verba cito ab ecclesia Constantinopolitana sunt recepta, atque etiamnum ab ecclesiis ritus Byzantini adhibentur.

In Occidente autem verba ritus, Baptismum complentis, usque ad saeculum duodecimum et tertium decimum minus definita sunt. Verum in Pontificali Romano saeculi duodecimi primum occurrit formula, quae postea effecta est communis: « Signo te signo crucis et confirmo te chrismate salutis. In nomine Patri et Filii et Spiritus Sancti ».²¹

¹⁷ *Ibid.*, p. 129.

¹⁸ *Concilii Tridentini Actorum pars altera*, ed. S. EHSSES, *Concilium Tridentinum*, V, Act. II, Friburgi Br., 1911, p. 996.

¹⁹ Ep. *Ex quo primum tempore*, 52: *Benedicti XIV ... Bullarium*, t. III, Prati, 1847, p. 320.

²⁰ Cf. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, *Catech.* XVIII, 33: PG 33, 5056; ASTERIUS, Episcopus Amasenus, *In parabolam de filio prodigo*, in « Photii Bibliotheca », Cod. 271: PG 104, 213. Cf. etiam *Epistola cuiusdam Patriarchae Constantinopolitani ad Martyrium Episcopum Antiochenum*: PG 119, 900.

²¹ M. ANDRIEU, *Le Pontifical Romain au Moyen-Age*, t. 1, *Le Pontifical Romain du XII^e siècle*: (Studi e Testi, 86), Città del Vaticano 1938, p. 247.

Ex iis, quae in memoriam revocavimus, liquet in actione confirmandi in Oriente et Occidente, alia sane ratione, primum locum obtinuisse chrismationem, quae apostolicam manuum impositionem quodam modo repraesentat. Cum autem ea chrismatis unctio spiritualem Sancti Spiritus, qui fidelibus datur, unctionem, apte significet, Nos confirmatam volumus eiusdem existentiam et momentum.

Quod ad verba attinet, quae in chrismatione proferuntur, dignitatem venerabilis formulae, quae in Ecclesia Latina adhibetur, aequa aestimatione perpendimus quidem; ei tamen praeferendam censemus antiquissimam formulam ritus Byzantini propriam, qua Donum ipsius Spiritus Sancti exprimitur atque effusio Spiritus die Pentecostes peracta recolitur (cf. Act 2, 1-4 et 38). Hanc ergo formulam, fere verbum pro verbo reddentes, accipimus.

Quapropter, ut ritus Confirmationis recognitio ad ipsam etiam ritus sacramentalis essentiam congruenter pertineat, Suprema Nostra Auctoritate Apostolica decernimus et constituimus, ut ea, quae sequuntur, in Ecclesia Latina in posterum serventur:

SACRAMENTUM CONFIRMATIONIS CONFERTUR PER UNCTIONEM CHRISMATIS IN FRONTE, QUAE FIT MANUS IMPOSITIONE, ATQUE PER VERBA: « ACCIPE SIGNACULUM DONI SPIRITUS SANCTI ».

Impositio vero manuum super electos, quae cum praescripta oratione ante chrismationem fit, etsi ad essentiam ritus sacramentalis non pertinet, est tamen magni aestimanda, utpote quae ad eiusdem ritus integram perfectionem et ad plenioram Sacramenti intellegentiam conferat. Patet eam manuum impositionem, quae praecedit, differre a manus impositione, qua unctio chrismatis fit in fronte.

His omnibus de essentiali Sacramenti Confirmationis ritu statutis ac declaratis, *Ordinem* etiam eiusdem Sacramenti a Sacra Congregatione pro Cultu Divino — collatis consiliis cum Sacris Congregationibus pro Doctrina Fidei, de Disciplina Sacramentorum atque pro Gentium Evangelizatione quoad materiam earum competentiae subiectam, — recognitum, Nos Apostolica Nostra Auctoritate approbamus. Cuius Ordinis, novam formam continentis, editio Latina, statim ut prodierit, editiones vero vulgares, a Conferentiis Episcopalibus appa-
ratae et ab Apostolica Sede confirmatae, die, quae a singulis eiusmodi Conferentiis statuatur, vigere incipient; vetus autem Ordo usque ad

finem anni 1972 poterit adhiberi. A die tamen 1 mensis Ianuarii anni 1973 novo tantum Ordine omnibus, ad quos pertinet, erit utendum.

Nostra haec statuta et prescripta in Ecclesia Latina firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostreis editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis augusti, in Assumptione Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXXI, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

« Primo loco inter res post Concilium ad actum adductas, renovatio liturgica ab omnibus indicatur, quae Constitutione Sacrosanctum Concilium et subsequentibus Apostolicae Sedis decretis est promota.

Hanc renovationem felicem in vitam christianam habuisse effectum, omnes consentiunt; ea enim ad profundiores actuosam atque consciam Populi Dei participationem adduxit, sive in Eucharistiae celebratione sive in vita sacramentali, sensum Ecclesiae uberiores effecit, prout haec est salutis atque missionis organica communitas.

....

Non desunt utique lentitudines, contentiones inordinatae, sive sparsim sive interdum de industria instructae; nec desunt experimenta anomala, licentiae omni vituperatione dignae, novitates parum accurate inductae.

....

Renovationi liturgicae crebrior ac frequentior Verbi Dei auditio coniuncta est, quod Verbum in Christifidelium conscientia atque aestimatione rursum centrale locum in omni vita christiana, illi debitum, denuo comparavit: hoc modo vita christiana ex illo fonte purissimo alitur.

Verbum Dei, quod a singulis in propria vernacula lingua auditur, germanam atque unam in suo genere locupletationem toti Christifidelium communitati praebet. Conquerendum tamen est, eidem Verbo haud semper ecclesiam auditionem, in Spiritu, praestari, sicut idem exigit; itemque notanda omnino videtur aptae praeparationis carentia ad quaestiones sive interpretationis sive scientiae linguae solvendas, quas ipse textus sacer inducit ».

E documento « Conspectus hodiernae vitae Ecclesiae seu Panorama », participantibus III Synodum Episcoporum, die 1 octobris 1971 ab Exc.mo D. Enrico Bartoletti, Administratore Apostolico Lucensi proposita.

ORDO CONFIRMATIONIS

PRAENOTANDA

1. DE CONFIRMATIONIS DIGNITATE

1. Baptizati iter christianae initiationis prosequuntur per sacramentum Confirmationis, quo effusum accipiunt Spiritum Sanctum, qui super Apostolos die Pentecostes a Domino missus est.
2. Hac donatione Spiritus Sancti fideles perfectius Christo conformantur et virtute roborantur, ut testimonium Christi perhibeant ad aedificationem Corporis eius in fide et caritate. Ipsis autem character seu signaculum dominicum ita imprimitur, ut sacramentum Confirmationis iterari nequeat.

II. DE OFFICIIS ET MINISTERIIS IN CELEBRATIONE CONFIRMATIONIS

3. Ad populum Dei summopere pertinet praeparatio baptizatorum ad Confirmationis sacramentum suscipiendum. Pastorum vero est curare, ut omnes baptizati ad plenam initiationem christianam perveniant, et proinde omni cura ad Confirmationem praeparentur.

Catechumeni adulti, qui statim post Baptismum Confirmationem sunt recepturi, auxilio fruuntur communitatis christianae et praesertim institutione, quae catechumenatus tempore ipsis tribuitur, ad quam operam conferunt catechistae, patrini et Ecclesiae localis membra, catechesi necnon celebrationibus ritualibus communibus. Eiusmodi catechumenatus ordinatio opportune aptabitur iis qui, infantes baptizati, aetate solummodo adulta ad Confirmationem accedunt.

Christianorum vero parentum est plerumque de puerorum initiatione ad vitam sacramentalem sollicitos se praebere, tum spiritum fidei in ipsis formando et gradatim augendo, tum eos, ope aliquando eorum institutorum, quae catechetica formationem curant, praeparando ad fructuosam sacramentorum Confirmationis et Eucharistiae susceptionem. Quod parentum officium significatur quoque per ipsorum actuosam participationem sacramentorum celebrationis.

4. Curandum erit, ut actioni sacrae natura festiva et sollemnis tribuatur, quam eius significatio pro Ecclesia locali secumfert; quod obtinetur praesertim si candidati omnes congregantur ad communem celebrationem. Universus autem populus Dei, confirmandorum familiis et amicis atque communitalis localis membris repraesentatus, ad hanc celebrationem participandam invitabitur; atque suam conabitur fidem manifestare fructibus, quos Spiritus Sanctus in ipso produxerit.

5. Singulis confirmandis patrinus de more adsit, qui illos ad suscipiendum sacramentum adducet, eosdemque ministro Confirmationis ad sacram unctionem praesentabit, necnon postea iuvabit ad promissiones, quas in baptismo protulerunt fideliter exsequendas, secundum Spiritum Sanctum quem acceperunt.

Attentis hodiernis pastoralibus adiunctis, expedit patrinum Baptismi, si adsit, esse etiam patrinum Confirmationis, abrogato can. 796, 1. Ita enim clarius significatur nexus inter Baptismum et Confirmationem, dum munus et officium patrini efficacius redditur.

Minime tamen excluditur facultas patrinum Confirmationis proprium eligendi. Fieri etiam potest, ut parentes ipsi pueros suos praesentent. Ordinarii autem loci erit, attentis rerum et locorum adiunctis, statuere quatenam ratio agendi in sua dioecesi sit servanda.

6. Animarum pastores curabunt, ut patrinus, a confirmando vel eius familia electus, officio quod sibi assumit sit spiritualiter idoneus, atque his dotibus praeditus:

- a) ad hoc munus implendum sit satis maturus;
- b) ad Ecclesiam catholicam pertineat, et tribus sacramentis Baptismi, Confirmationis et Eucharistiae sit initiatus;
- c) ab officio patrini implendo iure non prohibeatur.

7. Confirmationis minister originarius est Episcopus. Sacramentum ex more ab ipso administratur, quo apertius referatur ad primam effusionem Spiritus Sancti in die Pentecostes. Nam postquam repleti sunt Spiritu Sancto, Apostoli ipsi per manuum impositionem fidelibus Eum transmiserunt. Ita acceptio Spiritus Sancti per ministerium Episcopi arctius vinculum demonstrat, quod confirmatos coniungit Ecclesiae, necnon mandatum acceptum de Christo testimonium inter homines perhibendi.

Praeter Episcopum facultate confirmandi ipso iure gaudent:

a) Administrator Apostolicus, qui non sit Episcopus, Praelatus vel Abbas nullius, Vicarius et Praefectus Apostolicus, Vicarius Capitularis, intra limites sui territorii et durante munere;

b) Presbyter, qui ex officio sibi legitime tributo adultum aut puerum aetatis catecheticae baptizat, vel adultum iam valide baptizatum in plenam communionem Ecclesiae admittit;

c) In mortis periculo, dummodo Episcopus commode haberi non possit vel legitime impediatur, hi qui sequuntur: parochi et vicarii paroeciales, in quorum absentia, eorum vicarii cooperatores; presbyteri, qui peculiares paroecias rite constitutas regant; vicarii oeconomi; vicarii substituti et vicarii adiutores.¹ In absentia autem omnium praedictorum, omnis sacerdos nulla censura aut canonica poena irretitus.

8. Ex vera necessitate ac peculiari de causa, uti aliquando propter multitudinem confirmandorum accidit, Confirmationis minister, de quo in n. 7, necnon minister extraordinarius peculiari Apostolicae Sedis indulto vel a iure constitutus, presbyteros ad sacramentum ministrandum sibi sociare potest.

Necesse est ut hi presbyteri:

a) aut peculiari munere vel officio in dioecesi fungantur, scilicet sint aut Vicarii Generales, aut Vicarii sive Delegati episcopales, aut Vicarii districtuales seu regionales,² vel qui, Ordinarii mandato, iisdem pares ex officio habeantur;

b) aut sint parochi locorum in quibus Confirmatio confertur, vel parochi locorum ad quae confirmandi pertinent, vel presbyteri qui peculiarem operam naverunt in praeparatione catechetica confirmandorum.

III. DE SACRAMENTI CELEBRATIONE

9. Sacramentum Confirmationis confertur per unctionem chrismatis in fronte, quae fit manus impositione, atque per verba: *Accipe signaculum Domini Spiritus Sancti*.

Impositio vero manuum, quae fit super confirmandos cum oratione *Deus Omnipotens*, etsi ad validam sacramenti collationem non perti-

¹ Cf. *Canones* 451, 471, 476, 216 § 4, 472, 474, 475.

² Cf. *Can.* 217, § 1.

net, magni tamen fiat ad integritatem ritus et plenioris sacramenti intelligentiam assequendam.

Presbyteri, qui ministro principali aliquando sociantur in conferendo sacramento, manuum impositionem una cum ipso super omnes candidatos simul peragunt, nihil tamen dicentes.

Universus ritus duplicem significationem praebet. Per impositionem manuum supra confirmandos ab Episcopo ac sacerdotibus concelebrantibus factam, biblicus gestus exprimitur, quo Spiritus Sancti donum invocatur, modo optime optato intelligentiae populi christiani. In unctione chrismatis atque in verbis, quae illam comitantur, clare effectus doni Spiritus Sancti significatur. Oleo odorato per manum Episcopi signatus, baptizatus accipit characterem indelebilem, signaculum Domini, una cum dono Spiritus, qui perfectius eum Christo configurat, atque gratiam ei confert « odorem bonum » inter homines effundendi.

10. Sacrum Chrisma consecratur ab Episcopo in Missa, quae ex more feria V Hebdomadae sanctae huius rei causa celebratur.

11. Catechumeni adulti necnon pueri qui aetate catecheseos tradendae baptizantur, simul ac Baptismum receperunt, ad Confirmationem quoque et Eucharistiam ex more admittantur. Quod si fieri nequit, Confirmationem recipiant in alia celebratione communi (cf. n. 4). Item in celebratione communi Confirmationem et Eucharistiam recipiant adulti, qui in infantia baptizati sunt, postquam opportune fuerint praeparati.

Ad pueros quod attinet, in Ecclesia latina Confirmationis administratio generatim ad septimum circiter aetatis annum differtur. Ob rationes tamen pastorales, praesertim ad vehementius inculcandam in fidelium vita plenam obtemperationem Christo Domino eiusque firmum testimonium, Conferentiae Episcopales possunt aetatem, quae magis idonea videatur, decernere, ita ut hoc sacramentum, post congruam institutionem aetate maturiore conferatur.

Hoc in casu debitae adhibeantur cautelae, ut, si periculum mortis aut alius generis graves difficultates occurrant, pueri tempore opportuno confirmentur, etiam ante usum rationis, ne bono sacramenti priventur.

12. Ad Confirmationem recipiendam requiritur ut quis sit baptizatus. Praeterea, si fidelis usu rationis pollet, requiritur, ut in statu gra-

tiae sit constitutus, sit convenienter instructus et promissiones baptismales valeat renovare.

Conferentiarum Episcopaliū est subsidia pastoralia pressius definire, ut candidati, praesertim pueri, ad Confirmationem apte praeparentur.

Ad adultos autem quod spectat, principia servantur, opportune aptata, quae in singulis dioecesibus vigent pro admittendis catechumenis ad Baptismum et Eucharistiam. Provideatur praesertim ut apta catechesis praecedat ac conversatio candidatorum cum communitate christiana et cum singulis fidelibus efficax et sufficiens sit ad opportunum auxilium illis afferendum, ut ipsi candidati formationem assequantur ad testimonium vitae christianae reddendum atque apostolatū exercendum, eorumque desiderium participandi Eucharistiam sit verum (cf. *Praenotanda de Initiatione christiana adultorum*, n. 19).

Praeparatio adulti baptizati ad Confirmationem aliquando incidit in eius praeparationem ad Matrimonium. Quoties, his in casibus, praevideatur condiciones, quae ad fructuosam Confirmationis receptionem requirantur, non posse impleri, Ordinarius loci iudicabit num magis opportunum sit ipsam Confirmationem in tempus post celebratum Matrimonium differre.

Si autem Confirmatio confertur fideli, rationis usu gaudenti et in mortis periculo versanti, praeparatio spiritualis singulis in casibus conveniens, ut fieri potest, praemittatur.

13. Confirmatio fit ex more intra Missam, ut magis eluceat fundamentalis connexio huius sacramenti cum tota initiatione christiana, quae culmen attingit in Communionem corporis et sanguinis Christi. Hac ratione confirmati Eucharistiam participant, qua ipsorum initiatio christiana perficitur.

Si autem confirmandi sunt pueri qui nondum receperunt SSs. ^{mam} Eucharistiam neque in hac actione liturgica admittuntur ad primam Communionem, aut si peculiaria rerum adiuncta id suadent, conferatur extra Missam. Quoties vero Confirmatio sine Missa confertur, praecedat sacra verbi Dei celebratio.

Quoties Confirmatio intra Missam confertur convenit ut ipse minister Confirmationis Missam celebret, immo concelebret, praesertim cum presbyteris, qui forte ipsi sociantur in sacramento ministrando.

Si Missa ab alio celebratur, convenit ut Episcopus liturgiam verbi

praesideat, in qua omnia peragat, quae ex more celebranti competunt, et in fine Missae det benedictionem.

Maximi facienda est celebratio verbi Dei, a qua initium sumit ritus Confirmationis. Etenim e verbi Dei auditione promanat multiformis actio Spiritus Sancti in Ecclesiam et in unumquemque baptizatorum seu confirmandorum, eaque voluntas Domini in vita christianorum manifestatur.

Magnum quoque momentumtribuendum est recitationi orationis dominicae quam confirmandi una cum populo persolvent, sive infra Missam ante Communionem sive extra Missam ante benedictionem habeatur, quia est ipse Spiritus qui orat in nobis, et christianus in Spiritu dicit: « Abba, Pater ».

14. Nomina ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem et locum Confirmationis parochus inscribat in peculiari libro, praeter adnotationem in libro baptizatorum ad normam iuris faciendam.

15. Si proprius confirmati parochus non interfuerit, de collata Confirmatione minister vel per se ipse vel per alium quamprimum eundem certiore faciat.

IV. DE APTATIONIBUS QUAE IN RITU CONFIRMATIONIS PERAGI POSSUNT

16. Conferentiis Episcopalibus competit, vi Constitutionis de sacra Liturgia (art. 63 b), in Ritualibus particularibus parare titulum, qui huic Pontificalis Romani titulo de Confirmatione respondeat, accommodatum singularum regionum necessitatibus, ut, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.³

17. Episcoporum Conferentia considerabit num, attentis locorum et rerum adiunctis necnon ingenio et traditionibus populorum, opportunum sit:

a) convenienter aptare formulas, quibus promissiones et professiones baptismales renouentur, sive ad ipsum textum in Ordine Baptismi occurrentem attendendo, sive ipsas formulas accommodando, quo aptius confirmandorum condicioni respondeant;

b) alium modum inducere ad pacem per ministrum dandam post unctionem sive singulis sive omnibus simul confirmatis.

³ Cf. *Ordo Baptismi parvulorum*, (Typis Polyglottis Vaticanis 1969), Praenotanda generalia de Initiatione christiana, nn. 30-33, pp. 12-13.

18. Minister autem, singulis in casibus et attenta confirmandorum condicione, monitiones aliquas in ritum introducere poterit, atque iam exstantes opportune accommodare, ex. gr. eas ad modum colloctionis, praesertim cum pueris, proponendo, etc.

Cum Confirmatio a ministro extraordinario, aut ex concessione iuris generalis aut ex peculiari indulto Sedis Apostolicae, confertur, convenit ut ipse in homilia mentionem habeat de Episcopo ministro originario sacramenti, ac rationem illustret cur etiam presbyteris facultas confirmandi a iure vel ab Apostolicae Sedis indulto tribuitur.

V. DE IIS QUAE PRAEPARANDA SUNT

19. Ad Confirmationem administrandam parentur:

a) sacrae vestes, quae ad Missae celebrationem requiruntur sive pro Episcopo, sive, si adsunt, pro presbyteris eum adiuvantibus, cum Confirmatio confertur intra Missam, quam ipsi concelebrant; si Missa ab alio celebratur, convenit ut Confirmationis minister et presbyteri, qui ei sociantur in sacramento ministrando, Missam participant sacris vestibus induti pro Confirmationis collatione praescriptis, scilicet alba, stola et, pro ministro Confirmationis, pluviali; quae vestes induuntur etiam cum Confirmatio extra Missam confertur;

b) sedes pro Episcopo, et pro presbyteris eum adiuvantibus;

c) vasculum (vel vascula) cum sacro Chrismate;

d) Pontificale Romanum vel Rituale;

e) ea quae necessaria sunt ad Missae celebrationem et, si sacra Communio hac forma distribuitur, pro Communionem sub utraque specie, cum Confirmatio intra Missam confertur;

f) ea quae necessaria sunt ad manus ablutas post unctionem confirmandorum.

CONFERMAZIONE: SIGILLO DELLO SPIRITO

Una Costituzione apostolica è un atto che fa il Romano Pontefice, nella potestà piena, suprema e universale che gli compete nella Chiesa (cf. Conc. Vat. II, Cost. dogm. *Lumen gentium*, n. 22). Esso perciò, è tale da dar valore normativo e vincolante a tutto quello che ne è oggetto diretto, nell'ambito espressamente indicato.

La Costituzione apostolica *Divinae consortium naturae*, del 15 agosto 1971, ha per oggetto specifico la determinazione dell'essenza del rito sacramentale della Confermazione nella Chiesa latina. Si tratta, quindi, di un atto del supremo magistero che stabilisce e condiziona la validità stessa di questo sacramento nella Chiesa interessata dal documento, a partire dalla data in esso fissata.

La parte propriamente costitutiva riguarda in particolare la determinazione dell'essenza del rito sacramentale, che nel linguaggio teologico si è soliti chiamare materia e forma (cf. Leone XIII, Epist. *Apostolicae curae*: DS 3315). Tuttavia è preceduta da valutazioni storiche e dottrinali che la illustrano e la giustificano.

È in questa direzione che intendono muoversi le brevi riflessioni che seguono.

I

La Costituzione apostolica s'inquadra nella riforma liturgica, quella sacramentaria compresa, sollecitata dal Concilio Vaticano II, allo scopo che i testi e i riti esprimano più chiaramente le realtà sacre da essi significate (cf. Cost. *Sacrosanctum Concilium*, n. 21).

In adesione a questa sollecitazione conciliare, il Sommo Pontefice decide di includere nella riforma, in riferimento alla Confermazione, anche quel che appartiene all'essenza del rito o segno sacramentale.

L'enunziazione di questa decisione equivale all'affermazione del potere di modificare il rito essenziale di un sacramento. Tale potere non è, però, da confondere con quello di cambiare la sostanza del sacramento stesso. Questa infatti, perché consiste in tutto ciò che dalla Rivelazione divina sappiamo stabilito direttamente da Cristo, è sottratta ad ogni competenza ecclesiastica (cf. Pio XII, Cost. apost. *Sacramentum Ordinis*: DS 3857). Se dunque il Papa decide di modificare il rito essenziale della Confermazione, vuol dire che esso non è stato determinato da Cristo.

In realtà la Rivelazione non dice che Cristo abbia stabilito gli ele-

menti costitutivi del segno sacramentale, senza che per questo non vada attribuita a lui l'istituzione della Confermazione, come di tutti gli altri sacramenti (cf. Conc. Trid., Sess. VII, can. 1: DS 1601). Dalla Rivelazione risulta solo che Cristo ripetutamente promise ai discepoli lo Spirito Santo a sostegno della loro fede e in aiuto per darne coraggiosa testimonianza, e che quella promessa si è adempiuta il giorno di Pentecoste. Risulta pure che gli Apostoli, interpreti fedeli della volontà del Signore, provvidero, per quanto limitatamente, alla continuazione nella Chiesa dell'evento pentecostale, comunicando lo Spirito Santo ai battezzati mediante il rito d'imposizione delle mani, anche se non appare con pari evidenza che questo sia stato l'unico ed esclusivo (cf. S. Tommaso, *Summa Theol.* III, q. 72, a. 2, ad 1).

Cristo, dunque, ha istituito il sacramento della Confermazione, nel senso che ha manifestato la volontà di conferire ai suoi fedeli lo Spirito Santo, demandando invece alla Chiesa la determinazione del segno adatto per tale conferimento. L'intenzione di Cristo rimane per sempre all'origine dell'efficacia del segno. Il segno adatto, nell'economia sacramentale, è necessario per l'attuazione della volontà di Cristo, perché in ogni sacramento il conferimento della realtà invisibile è legato alla significazione visibile della medesima (cf. Conc. Trid., Sess. VII, can. 6: DS 1606). Il fatto che gli Apostoli abbiano usato come segno l'imposizione delle mani, preceduto o no da una qualche preghiera, non significa che questo rito provenga da Cristo. Significa solo che esso è stato introdotto dalla Chiesa dell'età apostolica e che, quindi, è di istituzione ecclesiastica. Per questo motivo la Chiesa delle età successive ha lo stesso potere della Chiesa delle origini di determinare in altro modo il segno sacramentale.

Effettivamente il rito della Confermazione, anche dopo che esso arrivò a distinguersi almeno concettualmente dai riti battesimali, si presenta in modo diverso in Oriente e in Occidente, per non dire delle differenziazioni interne a questi due gruppi di Chiese. E ciò vale tanto per la materia quanto per la forma, che concorrono insieme a costituire il segno sacramentale.

II

In Oriente l'imposizione delle mani, almeno come gesto a se stante, sembra scomparsa fin dall'inizio. La materia del sacramento appare ben presto la sola crismazione. Ed è questa che viene ricollegata con gli Apostoli: non tanto perché stimata proveniente da loro attraverso

una tradizione silenziosa e segreta (cf. S. Basilio, *De Spiritu Sancto* 27, 66: PG 32, 188), quanto perché si ritiene che lo Spirito Santo, comunicato originariamente con l'imposizione delle mani, sia stato in seguito conferito con la crismazione (cf. Nicola Cabasilas, *De vita in Christo* III: PG 150, 569-70). Essa, perciò, è riferita agli Apostoli non per l'istituzione, ma per l'efficacia, pari a quella del rito d'imposizione delle mani usato da loro.

In Occidente, insieme alla crismazione, si trova anche l'imposizione delle mani. E quando la prima prende decisamente il sopravvento, non si rinuncia del tutto a vedervi inclusa anche la seconda. Questo rivela la consapevolezza che la crismazione abbia sostituito l'imposizione delle mani (cf. Conc. Fior., *Decr. pro Armenis*: DS 1317), tanto da designare, anche da sola, il secondo sacramento dell'iniziazione cristiana (cf. Conc. Trid., Sess. VII, can. 2: DS 1629; Pio XII, Enc. *Mystici Corporis*: AAS 35, 1943, p. 201); e, nello stesso tempo, rivela che in quella sostituzione non si vede una completa abrogazione, ma piuttosto una trasposizione nominale del rito apostolico (cf. Innocenzo III, Epist. *Cum venisset*: DS 785). Comunque, al di fuori di quella supposta nell'atto della crismazione, nessun'altra imposizione delle mani è considerata essenziale al rito sacramentale: né quella generale che la precede, né quella singolare, peraltro prescritta solo occasionalmente, sul capo del confermando fatta con la stessa mano del ministro che compie l'unzione sulla fronte.

Sommato tutto, la sopravvivenza di un'imposizione delle mani, più che ad un fatto reale, è dovuta ad un'interpretazione teologica della crismazione che ve la vuol vedere inclusa, perché appunto vien fatta con la mano. Anche in Occidente, quindi, solo la crismazione appartiene al rito essenziale della Confermazione, sostanzialmente come in Oriente. E tanto in Oriente che in Occidente è ricollegata al rito apostolico, sia per l'effetto del conferimento dello Spirito Santo, sia per la riconosciuta attitudine a significare tale conferimento. Il Sacramento del crisma, insomma, è, nel genere dei segni visibili, sacrosanto come il Battesimo (cf. S. Agostino, *Contra litt. Petil.* 2, 104, 239: PL 43, 342); e si distingue da esso, perché ha come effetto proprio una nuova assimilazione a Cristo dei battezzati, i quali vengono unti col crisma antitipo dello Spirito Santo, che è appunto l'unguento di Cristo (cf. S. Cirillo Gerosol., *Catech.* 21, 1: PG 33, 1089-90; S. Ambrogio, *De Spiritu Sancto*, I, IX, 100: PL 16, 758).

È questa la ragione determinante, per la quale nella Costituzione

apostolica riaffermato e confermato il valore della crismazione: perché l'unzione del crisma è bene adatta a significare l'unzione spirituale dello Spirito Santo.

III

Se la crismazione è di per sé il segno visibile dello Spirito Santo invisibile, tuttavia non basta da sola ad indicare la particolare intensità con la quale lo Spirito Santo viene conferito nella Confermazione, in modo diverso dal Battesimo che, nell'insieme del rito, comporta pure l'unzione.

Tale indicazione è integrata dalla forma che precisando l'effetto specifico del Sacramento, ne diviene elemento essenziale al pari della crismazione.

In Occidente una formula ben definita, che si impone per la sua assunzione nel Pontificale, risale soltanto al secolo XII: « Io ti segno col segno della croce e ti confermo col crisma della salvezza ... ». Essa mette bene in risalto che l'effetto della crismazione è la conferma o complemento della rigenerazione battesimale, in quanto aggiunge a questa l'aumento nella grazia e la fortificazione nella fede (cf. Conc. Fior., *Decr. pro Armenis*, DS 1311); ma non dice espressamente che tutto ciò deriva dall'arricchimento di una speciale forza dello Spirito Santo (cf. Conc. Vat. II, Cost. dogm. *Lumen gentium*, n. 11).

In Oriente la formula più antica, che abbia ricevuto una stabilizzazione per il futuro, è quella affermata nella Chiesa dell'area costantinopolitana: « Sigillo del dono dello Spirito Santo ». È attestata verso la metà del secolo V nel così detto canone 7 del Concilio di Costantinopoli I (cf. *Conciliarum oecumenicorum Decreta*, Herder 1962, pp. 18 e 31). In questo documento non si trova in un contesto propriamente sacramentale, ma in quello della riammissione di eretici o scismatici nella Chiesa, per alcuni dei quali avveniva appunto mediante l'unzione accompagnata da quelle parole. Ciò fa supporre che essa, che nella sua stessa composizione verbale ha una risonanza apostolica (cf. At 2, 38), sia già stata in uso abbastanza prima. Tale formula ha senza dubbio il merito di enunciare chiaramente l'effetto proprio della crismazione: il conferimento del dono che è lo Spirito Santo. E tale titolo, congiunto a quello della veneranda antichità, ha dei vantaggi sulla formula del rito latino. Se presenta qualche lacuna, questa è dovuta al fatto che sembra attribuire maggior importanza al crisma che alla sua applicazione: il crisma, cioè, sembra esser considerato anche come

carisma, una specie di sacramento permanente che conterrebbe lo Spirito Santo analogamente al pane eucaristico che contiene il Corpo di Cristo (cf. S. Cirillo Gerosol., *Catech.* 21, 3: PG 33, 1089s.-90s.).

Per questi motivi la Costituzione apostolica stabilisce di dar la preferenza alla formula bizantina, ma non proprio alla lettera. Essa sarà completata con la premessa della parola « ricevi », perché non sia messo in ombra l'apporto del ministro all'efficacia del sacramento, per quanto dall'esterno. È evitata così anche la parvenza di qualunque automatismo inerente al sacramento in quanto tale. Cristo, infatti, trasferisce la sua virtù santificatrice nel ministro che lo rende presente ed operante, anche se necessariamente mediante il rito sacramentale.

IV

Le valutazioni storiche e dottrinali sommariamente accennate preannunziano già il risultato e lo scopo primario della Costituzione apostolica: la determinazione, per la Chiesa latina, del rito essenziale del Sacramento della Confermazione. Essa è contenuta in quest'affermazione: « Sacramentum Confirmationis confertur per unctionem chrismatis in fronte, quae fit manus impositione, atque per verba: " Accipe signaculum Doni Spiritus Sancti " ». È dunque decretato e stabilito che il segno sacramentale consiste nei due elementi congiunti e concomitanti: la crismazione del confermando fatta con l'imposizione della mano del ministro, e la ricordata formula che l'accompagna.

La determinazione dell'essenza del rito sacramentale è una decisione propriamente dommatica. Essa, quindi, impegna la fede della Chiesa universale, in forza della suprema potestà del Romano Pontefice, verso la quale sono legati da dovere di subordinazione gerarchica i pastori e i fedeli di ogni rito e dignità (cf. Conc. Vat. I, Cost. dogm. *Pastor aeternus*, cap. III: DS 3060). Tutti, perciò, sono obbligati a ritenere che nella Chiesa latina il rito essenziale del sacramento della Confermazione è quello stabilito dalla Costituzione apostolica *Divinae Consortium Naturae*. Per la Chiesa latina in particolare, poi, questa decisione dommatica impegna anche la prassi, nel senso che dall'uso esclusivo del rito stabilito dipende la validità stessa del sacramento.

UMBERTO BETTI

(Da *L'Osservatore Romano*, 15 settembre 1971)

DE INSTAURATIONE ORDINIS CONFIRMATIONIS

In hoc commentario ad ordinem Confirmationis quaedam tantum indicare volumus principia, quibus ritus Confirmationis instauratus est.

Confirmatio uti secundus gradus initiationis christianae habenda est. Hoc patet ex permultis testimoniis totius historiae Ecclesiae: nonnulla a Constitutione Apostolica *Divinae consortium naturae* referuntur.

In antiquioribus libris liturgicis Confirmatio est pars initiationis christianae, quae immediate sequitur Baptismum et constat tantum ex impositione manuum et chrismatione, quae partem praecipuam ritus constituunt ideoque servantur.¹

Cum Confirmatio e contextu initiationis separata est, ritus praeparatorii et concludentes additi sunt, qui hodie non iam sufficere videntur.

Itaque nunc totus ritus Confirmationis ex una parte in se perbrevis est, ex altera parte saepe saepius ritum perlongum esse propter multitudinem confirmandorum nemini non patet. Problemata pastoralia de numero confirmandorum semper ante oculos habita sunt cum actum est de structura generali ritus Confirmationis et de singulis eius elementis.

Etiam ante oculos habitum est mandatum Concilii de nexu inter omnes ritus totius initiationis christianae, necnon de iis, quae in Constitutione de sacra Liturgia dicuntur de sacramentis in genere (nn. 59 ss.); praeterea considerata sunt documenta instaurationem liturgiae postconciliarem spectantia.

Haec omnia attente considerata sunt et ideo ex una parte praevisum est ut in casu Baptismi tota initiatio christiana per tria sacramenta ex more perficiatur; ex altera vero parte ordinem completum confectum est pro casibus in quibus Confirmatio separatim a Baptismo confertur.

¹ Cf. Sacramentarium Gelasianum vetus, ed. Mohlberg, nn. 444 ss., spec. p. 451, 1; Sacramentarium d'Angoulême, ed. Cagin, n. 755 ss., spec. pp. 460 ss.; Pontificale Romano-Germanicum, ed. Vogel-Elze, *Le Pontifical Romano-Germanique du dixième siècle*, 2 voll. (PRG), II, pp. 108 ss.; *Pontificale Romano-Germanicum saec. XII*, ed. Andrieu, *Le Pontifical Romain au Moyen-Age* 4 voll. (PR), I, XXXII, pp. 238 ss., spec. pp. 247 ss.

Ad hoc mutationes quae sequuntur factae sunt:

1. DE ELEMENTIS PRAEPARATORIIS

1. Elementa quasi praeparatoria usque adhuc perpauca inveniuntur, formula nempe « Spiritus Sanctus superveniat ... » et versiculi « Adiutorium nostrum ... », « Domine, exaudi ... ».

Sicut in Instructione *Inter Oecumenici* iam dictum est, optatur ut sacramentum de more conferatur infra Missam, inter liturgiam nempe verbi et liturgiam eucharisticam.

Si tamen ob circumstantias speciales confirmatio intra Missam conferri non potest, fit saltem liturgia verbi. Pro liturgia verbi lectiones biblicae, cantus lectionibus respondentes indicantur. Haec possibilitatem praebent aptandi ritum Confirmationis aetati et statui confirmandorum.

2. Ritus ipse Confirmationis incipit cum praesentatione collectiva, quae fieri potest diversis modis, secundum morem uniuscuiusque Regionis (cf. n. 21).

3. Sequitur hanc praesentationem homilia, qua coetus fidelium ducitur ad profundius intellegendum Confirmationis mysterium et deinde renovatio promissionum Baptismi,² in qua explicita interrogatio habetur: « Creditis in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui hodie, per sacramentum Confirmationis, vobis, sicut Apostolis die Pentecostes, singulari modo confertur? ». Haec autem renovatio promissionum Baptismi modificari valet secundum aetatem confirmandorum.

4. Verba « Spiritus Sanctus superveniat ... », abolentur.

5. Loco versiculorum « Adiutorium ... », « Domine, exaudi ... » invitatorium introductum est. Quo dicto, omnes in silentio impetrant confirmandis gratiam Spiritus Sancti.

2. DE FORMULA AD IMPOSITIONEM MANUUM

Post invitatorium fit impositio manuum super omnes.

Iam in antiquissimis libris liturgicis oratio ad impositionem vel extensionem manuum tradita est. In Sacramentario Gelasiano Vetere sic sonat:

² Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 71.

« Deus omnipotens, pater domini nostri Iesu Christi, qui regenerasti famulos tuos ex aqua et spiritu sancto quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum: tu domine, immitte in eos spiritum sanctum paraclitum et da eis spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis; adimple eos spiritu timoris dei: in nomine domini nostri Iesu Christi, cum quo vivis et regnas deus semper cum spiritu sancto per omnia saecula saeculorum ».³

In Pontificale Romano XII saec. primo testatae sunt acclamationes « Amen » insertae.⁴

Non minimi momenti est, quod in Pontificale Romano-germanico, testatur: ad impositionem manuum dicitur « Spiritus sanctus superveniat in vos et virtus altissimi sine peccato custodiat vos ». R. « Amen ».⁵ Haec formula invenitur etiam in Pontificale Romano XII saec.;⁶ in Pontificale Romanae Curiae formula deest,⁷ in Pontificale Durandi iam quasi proemium totius ritus Confirmationis facta est ut in hodierno Pontificale Romano.⁸

In novo Ordine oratio ad impositionem manuum secundum testes antiquiores et secundum ritum baptismi parvulorum leviter aptata est:

1. Loco « Omnipotens sempiterne Deus » nunc dicitur « Deus Omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi » ut in Sacramentario Gelasiano.

2. Loco « qui regenerasti famulos tuos ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum » nunc dicitur — sicut in ordine Baptismi parvulorum — « Qui hos famulos tuos a peccato liberasti et regenerasti ex aqua et Spiritu Sancto ».

3. Pars altera orationis textum Sacramentarii Gelasiani Veteris praebet, exceptis verbis conclusionis: *in nomine domini nostri Iesu Christi, cum quo vivis et regnas deus semper cum spiritu sancto per omnia saecula saeculorum.*

³ Ed. Mohlberg, n. 451; cf. Sacr. Gel. saec. VIII; Sacr. de Angoulême, ed. Cagin, n. 761. In Sacr. Greg. Hadr. (ed. Lietzmann, n. 86) et in Pontificale Romano-Germanico (ed. Vogel-Elze, II, 109) conclusio haec addita est: « ... spiritu timoris tui et consigna eos signo crucis in vitam propitiatus aeternam: per ... ».

⁴ Cf. ANDRIEU, PR I, 247.

⁵ Ed. Vogel-Elze, II, 108.

⁶ ANDRIEU, PR I, 247.

⁷ ANDRIEU, PR II, 452.

⁸ ANDRIEU, PR III, 333.

De rubrica

In sacramentariis VIII saec. oratio ad impositionem manuum per hanc rubricam introducitur: « Deinde ab episcopo datur eis spiritus septiformis. Ad consignandum imponit eis manum in his verbis: Omnipotens ... ».⁹

In Pontificale Romano-germanico legitur: « ...elevata et imposita manu super capita omnium, dat orationem super eos cum invocatione septiformis gratiae spiritus sancti: ... ».¹⁰

In Pontificale Romano XII saec. et in Pontificale Romanae Curiae rubrica sic sonat: « ...imposita manu super capita singulorum, dat orationem super eos cum invocatione septiformis gratiae spiritus sancti, sic dicens. ... ».¹¹

In Pontificale Durandi legitur haec rubrica: « Et tunc elevatis et super confirmandos extensis manibus dicit: ... ».¹²

Hic ergo prima vice de extensione manuum sermo est; et sic usque adhuc in Pontificale Romano: « Tunc extensis versus confirmandos manibus, dicit: Omnipotens, sempiternus Deus, qui regenerare dignatus est ... ».

Nunc autem ad antiquiorem traditionem fit reditus et rubrica novi Ordinis sic sonat: « Episcopus (et presbyteri qui ipsi sociantur) *manus super omnes Confirmandos imponunt* ».

3. DE FORMA

In libris liturgicis antiquioribus (VIII, IX, X saec.) ad unctionem chrismatis haec verba dicta sunt: « Signum Christi in vitam aeternam ».¹³

Radix formulae hodiernae iam saec. VIII in libris liturgicis apparet; secundum Ordinem Romanum XI episcopus dicit ad unctionem: « In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».¹⁴

Paulo post apparet haec versio: « Confirmo te in nomine ... » vel

⁹ Sacr. Gel. Vet., ed. Mohlberg n. 450; cf. Sacr. Gel. saec. VII: Sacr. de Angoulême, ed. Cagin, n. 760.

¹⁰ Ed. Vogel-Elze, II, 109.

¹¹ ANDRIEU, PR I, 247; PR II, 452.

¹² ANDRIEU, PR III, 333.

¹³ Sacr. Gel. Vet., ed. Mohlberg, n. 452; Sacr. Gel. saec. VIII: Sacr. de Angoulême, ed. Cagin, n. 762; Pontificale de Donaueschingen, ed. Metzger, p. 104.

¹⁴ Andrieu, *Les « Ordines Romani » du Haut Moyen-Age (VIII^e-X^e siècle)*. Spicilegium Sacrum Lovaniense. 5 voll. (OR), XI, 101; II, 446.

« Confirmo et consigno te in nomine ... ».¹⁵ In Pontificale Romano XII saec. primo testata est formula adhuc usitata: « Signo te signo crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris ... ».¹⁶ In Pontificale Guilelmi Durandi addita est huic formulae haec conclusio: « ... (et Spiritus Sancti), *ut replearis eodem Spiritu Sancto et habeas vitam aeternam* ».¹⁷

Imprimis formulam ad unctionem abbreviandam esse visum est, quia illinc longitudo totius actionis et periculum festinationis in pronuntianda formula oriuntur. Primum parvum gressum iam fecit Instr. *Inter Oecumenici* art. 67 « ... ad verba: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quae sequuntur formulam: *Signo te*, unicum signum crucis fiat ».

Praeterea formula consueta non bene exprimit indolem huius ritus. In tota traditione ecclesiae occidentalis solummodo invenimus unam formulam, quae quoad brevitatem accipi possit: *Signum Christi in vitam aeternam*,¹⁸ quae autem etiam indolem unctionis non bene exprimit. Selecta ergo est formula ritus byzantini et aliorum rituum orientalium, quae saec. V primo testata est.¹⁹

De rubrica

In Sacramentariis VIII saec. solummodo legitur: « Postea signat eos in fronte de chrismate dicens: ... ».²⁰

In Pontificale Romano-germanico haec rubrica unctionem describit: « Oratione expleta, interrogantibus diaconibus nomina singulorum, faciat crucem in singulorum frontibus ita dicendo: *Confirmo ...* ».²¹ Similiter et in Pontificalibus medii aevi, v. gr. Pontificale Guilelmi Durandi: « ... et summitate pollicis dexteræ manus chrismate intincta, pontifex facit crucem in fronte illius dicens: *N., signo ...* ».²²

¹⁵ PRG cp. XCIX, 387, ed. Vogel-Elze, II, 109.

¹⁶ ANDRIEU, PR I, 247.

¹⁷ ANDRIEU, PR III, 334.

¹⁸ Sacr. Gelas. Vet., ed. Mohlberg, n. 452 et alia Sacramentaria et Pontificalia.

¹⁹ Cf. B. BORTE, *L'onction postbaptismale dans l'ancien Patriarcat d'Antioche*: Miscellanea liturgica in onore di Sua Eminenza il Card. Giacomo Lercaro, II, Roma 1967, p. 807 s.

²⁰ Sacr. Gel. Vet., ed. Mohlberg, n. 451; Sacr. Gel. saec. VIII: Sacr. de Angoulême, ed. Cagin, n. 762.

²¹ PRG cp. XCIX, 387, ed. Vogel-Elze, II, 109.

²² ANDRIEU, PR III, 334.

Ex hac traditione rubrica Pontificalis Romani evoluta est, quae sic sonat: « ... et summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta, Pontifex confirmat eum, dicens: *N., signo te sig ✙ no Crucis*: quod cum dicit, producit pollice signum crucis in frontem illius: deinde prosequitur: *Et confirmo ...* ».

Anno 1725 addita sunt in quodam extractu Pontificalis Romani²³ ad rubricam ad chrismationem haec verba: « ... Et cum hoc dicit, *imposita manu dextera super caput confirmandi*, producit pollice signum Crucis in fronte ... ».

Quae additio non tamen introducta est in ipso textu Pontificalis Romani, sed tantum in Appendice, in editione Leonis XIII, typica declarata a S. Rituum Congr. die 3 aug. 1888.²⁴

Haec additio in Pontificali Romano nunc extante non invenitur in capite primario « De confirmandis », ²⁵ sed solummodo in capite « Confirmatio uni tantum conferenda ». ²⁶

Hic usus, a tota traditione anteriori ignoscitur. Ideoque haec verba iam non apparent.

Nova dispositione Constitutionis Apostolicae de Confirmatione servatur impositio manuum quae fit super omnes confirmandos simul, sublata ea manus impositione quae chrismationem comitabatur. Verba Constitutionis Apostolicae: « Sacramentum Confirmationis confertur per unctionem chrismatis in fronte, *quae fit manus impositione ...* », significant unctionem necessario fieri manu imposita in fronte et forsitan alludunt ad traditionem Ecclesiae, tam orientalis quam occidentalis, secundum quam signatio cum chrismate locum tenet impositionis manuum, ab Apostolis factae.

4. DE ALIQUIBUS RITIBUS CUM PARTE CENTRALI COHERENTIBUS

Retinetur praesentatio individualis confirmandorum ante consignationem. Minister sacramenti alloquitur unumquemque confirmandorum nomine proprio: « *N., ...* ».

²³ Cf. CATALANI, *Pontificale Romanum*, Ed. secunda, Parisiis 1850, t. II, p. 76 (nota addita a novis editoribus). Hoc extractum probabiliter identificatur cum « Pontificalis Ritus pro parvulorum et adultorum baptismi ac confirmationis sacramenta conferendo. Romae 1725 ».

²⁴ Cf. Praefationem editionis Mechliniensis, a. 1895.

²⁵ Cf. ed. typicam a. 1962; cf. etiam *Appendicem Missalis Romani* (ed. typ. a. 1962): nil de hac additione.

²⁶ Cf. etiam *Rit. Rom.*, Tit. III, cp. 2; cp. 3.

Confirmandus potest etiam « sua sponte nomen suum Episcopo significare », quod videtur elementum aliquo modo humanum et personale.

Retinetur salutatio « Pax tecum » (vel alia).

Dum consignatio fit, cani potest aliquis cantus, sicut fit in aliis actionibus liturgicis, v. gr., ordinationibus, consecratione ecclesiae, etc.

Aboletur alapa, quae saec. XIII introducta est.²⁷

Conclusio ritus, omissis « Confirma hoc Deus, ... Ostende nobis Domine ... Ecce sic benedicetur ... », aptata est diversis modis conferendi sacramentum, scilicet:

a) Si confirmatio intra Missam confertur, liturgia procedit more consueto cum oratione universali, pro qua formula specialis ad modum exempli exarata est. « Credo », si dicendum est, omittitur, quia duplicatio est promissionum Baptismi initio ritus prolatorum.

b) Si confirmatio sine Missa confertur, fit etiam oratio fidelium — ut supra — quae concluditur per Orationem Dominicam. Totus ritus concluditur per Benedictionem finalem sollemniorem vel per orationem super populum, quae adhiberi potest etiam in fine Missae, in qua confertur Confirmatio.

Initium orationis « Deus qui apostolis tuis ... » ob mentionem ad Pentecosten servata est et, opportunis mutationibus introductis, fit oratio conclusionis orationis universalis.

5. DE MINISTRO

Constitutio *Lumen gentium* (n. 26) declarat Episcopos esse « ministros originarios Confirmationis ». In ritu latino, prouti in can. 782 CIC aperte dicitur, ordinarius Confirmationis minister est solus episcopus; extraordinarius autem est presbyter, cui vel iure communi vel peculiari Apostolicae Sedis indulto haec facultas concessa est.

In articulo Praenotandorum ad hanc rem pertinente ratio habita est duplicis huius positionis, doctrinalis et disciplinaris insimul. Attamen, attentis pastoralibus adiunctis huius nostrae aetatis, quaedam mutanda hac in re visa sunt, ad ministrum extraordinarium quod attinet.

Hinc can. 782, 3 ampliatur ut comprehendantur omnes qui veram iurisdictionem habent in aliquod territorium. Nihil e contra dicitur amplius de Cardinalibus, qui, iure vigenti, sunt omnes Episcopi.

²⁷ Pontificale G. Durandi: ANDRIEU, PR III, 334.

Facultas confirmandi presbyteris tribuitur etiam sequentibus in casibus:

1. Quando presbyter baptizat adultum vel puerum aetatis catecheticae, nisi obstet rationabilis causa, ut perficiatur iter initiationis christianae.

2. Quando baptizatum in plenam Ecclesiae communionem recipitur.

3. Quando quis in periculo mortis versatur.

4. Insuper maximi momenti esse quaestionem rectae relationis inter numerum ministrorum sacramenti et numerum confirmandorum omnibus patet. Propterea statutum est ut minister principalis Confirmationis quosdam presbyteros sibi sociare valeat ad sacramentum conferendum, quando confirmandi numerosiores sunt.

Haec facultas nullo modo ansam praebere debet augendi iterum numerum confirmandorum, sed auxilium esse debet in casibus, in quibus propter rerum adiuncta numerus confirmandorum minui non potest.

Quando presbyteri Episcopo sociantur ad sacramentum conferendum, vasula sancti chrismatis ab ipso recipiunt.

Hoc modo in lucem deducitur, quod Episcopus est minister originarius Confirmationis et presbyteri vere cum ipso concelebrant. Ritus traditionis vasculorum chrismatis aliquomodo id ostendit, quod in Rituali Romano, Tit. III, cp. I, 3 exprimitur: «Chrisma, quod huic sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum ... ».

6. DE PATRINIS

Disciplina, secundum quam patrinus Confirmationis alius debet esse a patrino Baptismi, mutata est.

Aboletur omnino praxis, secundum quam unus patrinus sit pro multis confirmandis.

Confirmandi praesentantur ministro confirmationis a parentibus vel a patrinis baptismi. Si autem confirmandi nec a parentibus nec a patrinis Baptismi praesentari possunt, eligatur patrinus specialis Confirmationis.

Per identitatem patrini Baptismi et Confirmationis nexus inter sacramenta initiationis christianae sublineatur.

Pro Confirmatione immediate Baptismum sequente nullo modo alter patrinus eligitur.

Insuper Episcopo dioeceseos committitur determinare quanam normae in suo territorio tenendae sint, ut apte provideatur necessitatibus pastoralibus illius loci.

7. DE AETATE CONFIRMANDORUM

Postulata pastoralia quae ex diversis regionibus proferuntur, valde differunt inter se. Hinc factus est ut articulus prænотандorum ad adultos quod attinet normam generalem referat (n. 12).

Insuper, can. 1021 § 2 CIC statuit: « Catholicī, qui sacramentum Confirmationis nondum receperunt, illud, antequam ad Matrimonium admittantur, recipiant, si id possunt sine gravi incommodo ».

Accidit enim ut quandoque adulti qui Matrimonium contrahere velint, nondum receperint Confirmationem. His in casibus attendendum est ne receptio sacramenti fiat veluti actus administrationis praevious ad alterius sacramenti celebrationem; sed curandum est ut debita catechesis et necessaria fidei professio et obligatio praecedat. Hac ratione praevideatur in Praenотандis ut Episcopus possit concedere ut Confirmationis collatio post Matrimonium differatur, ad aptam praeparationem securius habendam.

Ad pueros quod attinet refertur disciplina usque nunc vicens, in can. 789 contenta. Attamen facultas fit Conferentiis Episcopalibus aetatem quo pueri ad confirmationem admittendi sunt pressius determinare (cf. n. 11).

Quoad aetatem, qua sacramentum Confirmationis confertur in pluribus mos varius in Ecclesia fuit et etiam hodie est.

Praxis antiqua fuit Confirmationem statim post Baptismum conferendi omnibus, etiam infantibus, qui baptizabantur. Et hoc fiebat ritu liturgico immediate connexo cum ritu lavacri regenerationis et cum ritibus quibus neophyti statim admittebantur ad participationem Sacrae Eucharistiae.

